

IN LIBRUM TERTIUM

E P I T O M A.

DUcarium, quod medio belli tempore conflagra-
 rat, sumptuosissime coeptum est instaurari :
 Gravis pestilentia initio aestatis orta, ingen-
 tem per autumnum fecit in urbe vastitatem :
 Maritimæ negociationis brevis explicatio : Quatuor Venetæ
 triremes quæ ad Gallicam exiverant mercaturam, circa
 Lusitaniam a piratis interceptæ : In Carnis nonnihil su-
 bito barbarorum accessu tumultuatum est : Rubertus Se-
 verinas cum florentissimo equitatu ad bellum circa urbem
 nuper ortum profectus est : Marci Barbadici Principis de-
 claratio, qui Joanni Mocenico successit : Romani belli in-
 ter Innocentium Pontificem & Ferdinandum Regem con-
 flatu brevis expositio : Triumviri creati, ad ea quæ ad
 contagionem e civitate tollendam attinerent, providenda :
 Severinas copiis exutus in Venetos reversus est : Mos pa-
 trius funerandi Ducis, atque exequiarum ratio : Causæ
 belli cum Austriæ Duce in ipsis Italiæ finibus contracti,
 subitque hostium conatus, ultimo loco referuntur.